

Z
TITULUS I.
ZELUS ANIMARUM.

§. I.

Figuræ, Symbola.

Zeli, & Zelaniam.

Ex Veteri.

Igeret. De medio autem; non de capite, non dependet: ne domina, vel omnino subiecta putetur; sed sociæ. Hugo Card. hic. Decuit mulierem ex viro formari: ut vir magis diligeret mulierem, & ei inseparabilius inhaereret; dum cognosceret, eam ex se esse productam. S. Thom. Aqu. 1. p. q. 92. a. 2. Et a. 3. conveniens fuit, mulierem formari de costa viri: ad significandum; quod inter virum, & mulierem debet esse socialis conjunctio. Neque enim mulier debet dominari in virum; & ideo non est formata de capite: neque debet à viro despici, tamquam serviliter subiecta; & ideo non est formata de pedibus.

Relinquet homo patrem suum, & matrem; & adheret uxori suæ. Gen. 2. 24. Nunc autem homines ulterius progrediuntur: nam pro uxoribus suis viri, non solum patrem, & matrem; sed etiam Deum relinquunt. Diez conc. 1. D. 2. Epiph.

Vir diligit uxorem, Eph. 5. 25. non hic consistit; sed modum etiam amoris præhænit. At quem? scilicet Christum dicit Ecclesiam. Et quomodo, quæso, Christus diligit ita ut semetipsum pro ea traderet. Itaque, etiam si mori pro uxore oporteat; nequaquam tergiversaberis. Sanct. Chrysostr. tom. 6. hom. in laudem Maximæ, & quales ducenda uxores.

Viri, diligit uxorem uxores, & voluit amari esse ad illas, Coloff. 3. 19.

§. V.

Uxor qualis ducenda.

Uxora, cui dixerit. Gen. 24. 14. Vide sapientiam famulæ, quale signum desinit. Non dixit, siquam videro mulis, pisenove, inveni, enuchorumque agmen post se trahere, & numerosum famulitium; puellam ætate, ac forma florida; eam præparasti tuo famulo. Sed quid? cui dixerit, præbe hydris aquam. Qui ais bone vir? adeone vilem hero tuo quaris conjugem. Etiam, inquit: missus enim sum, non pecuniosam, aut formosam; sed moribus ingenis præditam, quætere. Et quisquis, virtute præditam; in dubitandum signum, & maximum: est enim hospitalitatis signum certissimum: proinde mores quærit herorum suorum moribus consimiles. S. Chrysostr. tom. 6. hom. in laudem Maximæ.

Si domum empturi, aut mancipium; curiose consideramus, tum venditores, tum priores dominos; ipsorum quoque venialium tam corporis habitudinem, quam indolem animi. Quanto magis dispendendum est de futura conjugæ. Domum enim, si vitiosa sit, licet denuo vendere; sicut & servum nequam compactum, venditori restitueret: uxorem verò semel acceptam non item fas est eis, à quibus acceperis, reddere. Idem ibidem.

Qui divitem duxit uxorem, Dominam sibi magis quæsit, quam conjugem. Cum enim, & absque hoc, mulieres ingenio superbo sint, honorisque cupido; si opes quoque accesserint, quomodo erunt maritis tolerabiles? Idem ibid.

Pauperem alere, difficile est; divitem ferre, tormentum. Adde, quoniam nulla est uxoris electio; sed, qualisvis obvenierit, habenda. Si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fœtida; quodcumque vitium est, post nuptias discimus. Equus, asinus, bos, canis, & vilissima mancipia; vestes quoque, & lebetes, fedile, lignum, calix, & urecolis fœcilis, probantur prius; & sic emuntur: Sola uxor non ostenditur; ne antea dupliceat, quam ducatur. S. Hieron. l. 1. contra Jovin.

Paria.

Et replavit carnem pro ea. Gen. 2. 21. Quando abstulit Deus costam ab Adamo, subintelligit cum carne quoque abstulisse. Quo factum mirum nescio quid indicare voluit Deus omnipotens: nempe ex conjuncture mulieris cum viro in matrimonio aliquid, & non parum soliditatis, constantiæ, & virilis fortitudinis, virum amittere; quasi costa erepta ossæ, pro qua carnis mollietate induit: serique ipso, nescio quomodo, fragiliorem, atque minorem; blanditiis imbutum foemineis, atque affectibus: quamlibet id ægere profiteri mari sustineant. Unde & sapientes patres; cum immortigeratos, & indisciplinatos, ac suis præceptis nequaquam obtemperantes, habent filios; optime eis consulunt, conjugali illos vinculo copulaverint. Lipomanus Ep. apud Ferdinandum hic.

In plerique regionibus, secundo die post Pascha, solent mariti uxores suas verberare, & vicissim uxores viros: ut ostendant, sese mutuo debere corrigere. Beletus Rat. div. offic. c. 120.

Merito vir uxorem, non uxor virum, ducere dicitur: virum deduxit mala duxit; ac proinde ducenda potius, quam ductura Stengelius 1. 2. div. c. 26.

Parvillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydra. Gen. 24. 17. Sicut Apostolorum, est desiderium salutaris hominum. Hinc potum præstant, qui eorum verba audiunt, & opere explent. Cornelius hic.

Suscipiat eis Salvatore. Judic. 3. 9. Salvatore, Salvatore, quem Jesus imitantur, sunt illi, qui animas in viam salutis dirigere fatagunt. Rupertus: filios dicit Scripturæ Salvatores, per quos Deus temporaliter liberavit Israel; quantum magis recte illi dicuntur Salvatores, quorum labor Salvatore nostro ad nostram salutem æternam cooperatus est &c.

Dixeruntque olea: impera nobis. Judic. 9. 8. Qui per oleam, quæ & signum pacis ostendit, oleique pinguedinem fundit, nisi illi designantur; qui Spiritus S. pinguedine delibuit, evangelizando pacem, reconciliant homines peccatori. B. Petrus Dam. opusc. 2. contra Clericos aulicos.

Classis regis desiderium aurum, & argentum. 3. Reg. 10. 22. Veri Salomonis aurum, gemasque deferens navis, est, quicumque ad Deum animas ducit. Barradius Dom. 18. tom. 2. l. 5. c. 10.

De principibus patrum secundum vires suas. 1. 1. Ephræ 2. 68. 69. Aurum, & argentum, & vestes sacerdotales, principes patrum secundum vires suas, in impensis offerunt operum templi; cum viri sancti, quicquid patientiæ, quicquid eloquentiæ, quicquid percipiunt actionis bonæ; totum hoc bene utendo in ædificationem conferunt Fidelium Christi. V. Beda hic.

Nolite me considerare, quod sulca sum. Cant. 1. 5. Symbolicè, sol accendens, & quasi denigrans animam; est charitatis æstus: item ardens desiderium fruendi Deo; atque zelus iustitiæ: quo quæsi tabescit anima, cum videt Dei offensas, & animarum perditionem. Tabescere me fecit zelus meus. 118. 139. Cornelius hic.

Berros Cyprî. Cant. 1. 13. Vinum est fervidissimus Zelus expressum de botro Cyprî: & calix inebrians, Christi amor. S. Bernardus f. 44. in Cant.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani. Cant. 3. 9. Dicitur anima Sancta ferculum: ferculum à ferendo: quia fertur de loco ad locum, ubi eam voluntas gubernantis direxit, & Dei omnia disponens; ut plures reficiat, & ad salutem instituat. Rich. à S. Vict. c. 12. in Cant. Ferculum est quilibet Sanctorum congregatio, ad æternum convivium animas ferentium. Idem ex Misticell. 2. l. 1. c. 121. Incipientes dicuntur lectulus; quia in eis quiescit Christus: non tamen sunt ferculum; quia non ferunt Christum ad alios, generando ipsum in cordibus aliorum. S. Thom. Aqu. hic Lect. 2.

Descendi in hortum nucum. Cant. 6. 10. Nuc, vel fractio nucis, Symbolum est perfectæ patientiæ illorum, qui animas Christo lucrari, & despondere fatagunt: præsertim illas, quæ callum in peridia, aut vitio quopiam, longa peccandi consuetudine, obtulerunt; ut callus hic suaviter, & sensim, resecetur. Hortus nucum est anima sancta, patiens, & perfectæ: præsertim quæ assidue laborat in conversione peccatorum durorum; quales sunt Judæi, hæretici, concubinarum &c. Cornelius hic.

Propter quadrigas. Cant. 6. 11. Animadvertendum est diligenter, quod non solum in quadrigis sponsa, & Fideles animæ, positæ esse dicuntur; verum etiam currus, vel quadrigas, Ecclesiam ipsam positam dicit: ut se veluti pian matrem, & sanctissimum vehiculum, quo plures convehantur ad patriam, esse intelligat. Philo Carpath. hic.

Candidiores nives, nitidiores lacte. Th. 4. 7. In nive sola est candoris pulchritudo; in lacte, cum nitore, est & saporis dulcedo. Parum ergo erat, fuisse candidiores nives, nisi fuissent & nitidiores lacte: idest, parum fuisset, propria sibi munditia candidos fuisse, nisi venientibus ad se, per sermonem suum, gustum præbuisset dulcedinis æternæ. Sed & cum candidi, & nitidi, essent, passionibus superadditis quandam purpureum traxerunt ruborem: nam verbera experti sunt. S. Rupertus in Il. 53.

Similitudo autem vultus eorum, facies hominis & facies leonis. Ezech. 1. 10. Operarius meminit illorum animalium, quæ Ezechiel ostensa sunt. Quodvis quatuor formas habebat, hominis, aquilæ, leonis, & bovis. Operarii Ecclesiastici, hæc est ima-

Imago: sit ratione illustrata per fidem homo; contemplatione aquila; fortitudine, contra Mundi dæmonifque, terrores, leo; labore, animarumque cultura, bos. Bos efficitur, nisi aquila sit, & leo. Barradius Dom. Sept. 3. l. 5. c. 19. Hoc totum in uno, quod semel in quatuor. S. Gregorius hic. Dei gloriæ minister, ut in nomine Jesu omne genuflectat, multiformes induit vultus. Leo appareat, ut peccatores frangat: bos, ut agrum Domini excolat: aquila, ut immotis palpebris solem aspiciat: homo, ut effabili conversatione homines reducat ad virtutem. Naxera in Jos. 5. §. 15.

Ex Novo.

Offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Matth. 9. 2. Portitores coelestes, qui paralyticos ad Christum sanandos portant, sunt similes his Evangelicis. Barradius D. 18. Pent. c. 2. l. 5. c. 29.

Congregabis triticum in horreum suum. Luc. 3. 17. Iusti tritico similes: quia utiles sunt proximo, & fructificanti. Triticum molitur, cooperitur, coquitur, dividitur; ut homines sustentent: sic sancti, ob salutem proximorum, se consumunt. Stella hic.

Et ait serenis. Luc. 14. 22. Diligens erat, & obediens. Licet enim primò, secundo, & tertio mittatur; namquam fe excusat, nec laborem reitig; non exculationem priorum preterdunt. Zelo insuper fervet: adhuc locus est; hic omnibus adductis adhuc numerus Electorum non est completus. Sylveira hic.

Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Joann. 4. 14. Fons aquam retinere nescit; sed arva copiosis gessit rigari laticibus; & quo securigero abundantior; & auctior est imperitio. Naxera tract. de B. V. §. 28.

Vigilavit Joannes. Apoc. 4. 6. in medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia. Qui poterant in medio simul esse, & in circuitu? Quatuor animalium nomine, Doctores, & Curatores animarum, significantur: qui tam præsto adfunt omnibus; ac si in medio, & in circuitu; intus, & foris; ubique semper in salutem animarum excubant. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 4. lect. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Duo sunt in hac vita genera iustorum: unum videlicet bene viventium; sed nulla docentium: aliud vero recte viventium; & eadem recte docentium. Sicut & in cœli facie alix stelle prodeunt, quæ nulla pluvix subsequeuntur; aliæ prodeunt, quæ æretem terram magnis imbribus infundunt. S. Gregor. mor. l. 27. c. 5.

Adeus caris, non petulantia, atque impudentia, sed vite libertate: non oblatione; sed recti custodia, noctibus illis, quas pro animarum salute pervigiles traducis. Atque eo etiam nomine canis: quia virtutis familiares atque domesticos mulces; externos latrando infestatis. Sanct. Gregor. Nazianz. or. 33. in laudem Heronis Philofophi, olim Cinci.

Beatus, qui bona evasit fægna spiritalis, multoque pi-fices optimo suo cepit Domino. Sanct. Ephrem lib. de Beati-tudinis.

Beatus, cujus mens, tanquam nubes pluvius, divina gratia plena est; animaque mortalium ad incrementum fructuum vite capiduum irrigat. Idem ibidem.

Nubes. Lem. Effluendo consumitur. Consumitur nubes, & pertransit. Job 7. 9. Picinelli.

§. II.

Motiva.

Primum.

Zelus Dei, & Christo, gratus.

Ex Veteri.

Locus est Maria, & Aaron, contra Moysen. Num. 12. 1. Illa punita lepra, illo indemni. Sed cur? omni tempore, quo leprosus est, - solus habitavit extra castra. Levit. 13. 46. Aaron Sacerdos erat; ac ideo animarum curæ semper invigilare, circuire, convertari debebat. Quod si autem lepra punitus fuisset; fungi officio suo non potuisset. Paoletti fer. 21. de S. Marco.

Afferre Domino, filii Dei, afferre Domino filios ariarum. Pf. 28. 1. Hoc est totum, quod expedit, quod requirit: ovium fœtus, vile terreni pecoris hermen, stratos per viam partus, femina effusa per campos; divino Patri, ut divina soboles offerat, admonetur. S. Chrysol. hic l. 10.

Caput meum pluvium est rore. Cant. 5. 2. Quia multi in

Ecclesia positi, & Deum cum credunt; & tamen frigidi persistentes ad ardorem charitatis non accenduntur: per cincinnos autem populos intelligimus. Ad hos accendendos sponsa excitatur; dum spiritalis quilibet pro ædificatione plurimorum, & ab otio ad prælationem Ecclesiæ vocatur. S. Gregor. hic.

Expoliavi me tunica mea. Cant. 5. 3. Fortè, & tu, o anima magni Apostoli! sive cuiuscumque viri Apostolici, fābātizare vis. Sed ecce vox dilecti tui pulsantis, Cant. 5. 2. aperi mihi foror mea! amica mea! Hæc dicens, utique angariare te vult mille passus, quod est Sabbati iter. Angariare, inquam, te vult: ut, postposita, quam elegeras, solitariæ contemplationis require, surgas; illi aperias; vadas Evangelium ejus annuntiare: & hoc in una parte orbis terre in Asia. Vade cum illo alia duo millia passuum: id est, noli contentus esse in una Asia prædicare; sed etiam in Africa, & in Europa, prædicando labora; laborando prædica Evangelium. Et hoc modo pulchrè angariatus es, vadens cum illo; non solum mille passus; sed & alia duo: suntque tria millia passuum; quia tres sunt partes orbis terrarum. Rupertus lib. 5. in Matth.

Vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi foror mea. Cant. 5. 2. Jam sponsæ Ecclesiæ ostium cordis aperuerat sponsæ; totumque cor illi tradiderat; ut patet. Cant. 2. 16. Dilectus meus mihi, & ego illi. Pulsat tamen illi sponsa Ecclesiæ proximorum quoque clausa corda, per suos Concionatores, clausæ prædicationis aperiat, sicut Cassiodorus, Beda, Just. Origenes, Richardus, Anselmus, Rupertus &c. Sanct. August. l. 57. in Joann. pulsant, ut excutiat quietem sancti; & clamat: aperi mihi, prædica me. Ad eos quippe, qui clauderunt contra me, quomodo intrabo sine aperiente? quomodo enim audiant sine prædicante? Rom. 10. 14. Ad hoc, scilicet ad procurandam aliorum salutem, quatuor titulis, quasi similibus, eam perurgat. Primum: foror; inquit, mea es; quia par est, ut assimileris mihi; quia frater tuus sum: ut, ego è cœclisæ terram in carnem descendam, viventem totum me impendi hominum salutem; sic & tu necum te totum eidem impendas. Secundum: amica mea es. Si ergo amas me, pascere oves meas. Quare fatige; ut & cæteri me ament, mihi que fiant amici. Tertium: columba mea es: sponsa mea es; sicut enim singulis mensibus parit. Tu ergo quoque assidue mihi filios parias, & partos nutrias. Quartum: pura, & immaculata; pura, & perfecta es. Cur ergo patieris per proximorum scelera quasi inquinari puritatem meam? quin potius eos depuras, perhas; ubique, imò, & mihi, similes efficiere fatigas. Cornelius hic.

Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Jer. 17. 19. Quid hoc est? qui ab errore ad veritatem manduxerit; vel à peccato ad virtutem proximum induxerit; pro virili humano me imitatur. Nihil illi gratum est Deo, & ita cura; ut animarum salus. S. Chrysostr. tom. 3. in Gen. Pretiosum à vili separat, qui humanas mentes à reprobo antiqui hostis imitatione disjungit. Sanct. Gregor. mor. lib. 33. cap. 16. ante finem.

Ex Novo, & Patribus.

Evanesce discite, quid est, misericordiam volo, non sacrificium. Matth. 9. 13. Illam patentem misericordiam fe requirit signi-ficat, quæ impenditur circa curam animarum. S. Rupertus in Of. 6.

Neminem per viam salutaveritis. Luc. 10. 4. q. d. ita sitis tenti, & festini ad iter, & ad salutem animarum; quod de exteriori salutatione, ac aspectu viatorum, quasi non curetis. S. Thom. Aqu. in Gen. 19.

Nullum Deo omnipotenti tale est Sacrificium, quale est zelus animarum. S. Gregor. hom. 12. in Ezech. 3.

Nulla res Deo gravior est, quam ut universam vitam ad commune commodum conferas. Idcirco ratione, atque oratione, nos Deus decoravit; mentem, atque ingenium, concessit; manus, pedes, vires corporis dedit: ut his, & nos ipsos, & proximos, tutemur. Sanct. Chrysostr. tom. 79. in Matth. 25.

Si Deum honorare conaris, non aliter melius, quam in hominis salute, poteris acitare. Sanct. Laurent. Justin. de compunctione &c.

Secundum.

Exempla.

Ex Veteri.

Non videbit me homo, & vivet. Ex. 33. 20. Merito admiratur. S. August. in solil. cur non Moyses mox exclamet; fac Domine! & moriar, ut te videam. Tam sublimis erat ejus charitas; ut potius voluerit vivere inter populi murmuræ; ut illuminaret populum in religione; quam supremo gaudio ex visone Dei repleri. Sylveira in Act. 25. 10.

*Fornicatus est populus.* Num. 25. 7. Iratus Hebræo Deus erat, quippe qui suam cum Meabitur Venerem coluerat. Docebat Moyses, & ejulatu plorabat magno viri boni. *vers. 6.* qui *stabant ante fores tabernaculi.* Nec tamen Deum pro fectu propitiū lego. Iruit Phinees in Hebræum male mentis cum bono successu; & Dominus ad Moysen. *Phinees avertit iram meam à filiis Israel.* v. 11. Oleaster: expende, quanto plus valet ad placandū Dominū vindicta malorum, quam lacrymæ: ut illa placaverit Dominū, & ab ira revocaverit; quod lacrymæ facere non poterat. Velloso in Judith. 7. Patrōn. 18.

*Trabe me post te: curremus.* Cant. 1. 3. id est, si traxeris, non ego sola curram; sed curabo, ut adolescentulæ animæ, aliique plures, post te curant. De Ponte hic Exh. 7. §. 4. *Quæ introducam.* Cant. 3. 4. Non tantum tenebo illum mihi; quia charitas non querit, quæ sua sunt; & idem non quietam, donec orationibus, & prædicationibus, & exemplis, introducā eum per cognitionem, & amorem, in universum Mundum; qui domus est Sapienciæ incretæ matris meæ. Idem hic Exh. 4. §. 4.

*Eccē ego mitam vobis Elām prophetam.* Malach. 4. 5. Elias potius, quam Moyses, vel quis alius, erit præcurator secundi adventus Christi. *Primò;* ob ingentem zelum, quo præ aliis prophetis ditatus fuit. Vide 3. Reg. 18. 40. Simili zelo opus erit in fine Mundi, quando refrigeret charitas. *Secundò;* quia, sicut sub Noe Mundus perit diluvio: ita in fine peribit igne. Moraliter hic discit: quanta virtus sit zelus, quantique Deus faciat zelosos: utpote quos vellet sibi vicinos; suosque esse præcuratores, & indices. Cornelius hic.

Ex Novo.

Christi Domini.

*Rogabat illud quidam de Phariseis, ut mandaret cum illo.* Luc. 7. 36. Legitur Christus accessisse ad convivia invitatus. Sumebat corpore cibum, & refundebat ex ore suo in auditorium corda doctrinam: & nobiliora, quam acceperat erogabat; spiritualia pro corporalibus benigne redpens: simulque prænosens, infiniti esse peccati, cum suscepisse hospitio. Et per corporale hospitium ad cordis interiora per fidem tendebat ingressum. Sim. Caff. l. 4. c. 10.

*Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.* Cant. 4. 6. Perquiramus, qua de causa, & locum, & horam, & absentiam Discipulorum indicavit. *Hora erat quasi sexta.* Cant. 4. 6. Cur locum dixit? docebo: in spirituali venatione verfabatur; cujus causa in locum illum se contulerat, unde poterat prædam referre. Cur autem horam quoque dixit? audi: egena erat hæc Samaritana, manuum labore victum quærebat. Hora verò sexta, quo tempore quieti à labore vacabant omnes, tum illa aquam advehebat: quod noscens Dominus, oportunitatem cepit ad spirituales hanc prædam vendendam. Quare verò Discipulos suos oblevavit? Mulier illa pauperula erat misera, ut jam dictum; neque potuisset multorum satellitum numerum contueri. Quod si Magistrati dignitatem vidisset, & Discipulorum cœtum; subito fortassis audivisset; ac præda perisset. S. Chrysostr. tom. 6. orat. in Samaritanam.

*Comprehensus sum à Christo.* Philipp. 3. 12. ait Paulus: eram in perditione numero suffocabar: apprehendit me Christus: summo studio insectatus est fugientem; ut revocaret ad se. Ididorus Clarus l. 2. or. 10.

Aliorum.

*Habeo sub me milites.* Matth. 8. 9. Attendant hic Sacerdotes, & Clerici; qui tot habent animas ad curandum; in quibus ferè vix est unica sana: & ita solliciti sint, ut ille Centurio: qui centum milites habens sub se, & propter unum servum agrum sollicitus tam devote rogabat Jesum, ut sanaret eum. Hugo Card. hic.

*Percurantes unversam regionem.* Marc. 6. 55. Vide, quanta sit fides hominum Geneareth! ut non presentium tantum salute contenti sint; sed mittant ad alias per circuitum civitates, quod omnes curant ad Medicum. S. Hieron.

*Neque tu times Deum?* Luc. 23. 40. Non solum non advertebat mentem ad cruciatum; sed, omnibus suis relatis, res alterius curabat; & ut illum ab errore eriperet, & Magister ejus in cruce fieret, omni ope studebat. S. Chry. hom. in Crucem. *Reliquit ergo hydrum suam mulier, & abiit in civitatem.* Cant. 4. 28. Hoc signum, si diligitur Christus: quod is, qui diligit, in ejus amicitiam alios trahit. Sim. Caff. hic lib. 11. cap. 3. De aqua gratiæ, quam acceperat, in alios refundebat. Idem ibid.

*Interrogabat horam ab eis.* Joan. 4. 52. Cur querit de hora? Glossa interlin. non diffidit de misericordia Domini; sed desiderat, ut virtus divina servorum confessione plurimis innotescat.

*Ascendit Petrus in superiora, ut oraret; circa horam sextam; & cum esuriret, voluit gustare.* Act. 10. 9. 10. Mirandum, cur sanctum virum post orationem famem sequatur; cum folet famem oratione depelli; & esuriens anima non esurisse cibum hominum, sed salutem: nec inedia venatum esse corporis, sed inopia Creditum laborare. Cum enim Judaicus populus fervidus, & ingratus, illo prædicante, Christo non crederet, famem quodammodo Petrus officii sui sustinebat. Sanct. Ambros. serm. 10. de Sanctis. Apud Did. Nyssen. D. 3. Pasch. §. 1.

*Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam ipsæ pro animabus vestris.* 2. Cor. 12. 15. Si & ipsam carnem infumere oporteat; non parcam propter vestram salutem. S. Chrysostr. hom. 26. hic.

Complures his in locis, ob id unum, modò Christiani non fiunt; quod desint, qui eos faciant Christianos. Mihi verò persèpe venit in mentem, circum Europæ Academijs, ac præcipuè Parisiensium, cursare, & infanti risu passim vociferari; eosque, qui doctrinæ plus habent, quam charitatis, his compellere verbis: heu! quam ingens animarum numerus, vestro vitio exclusus caelo, deturbatur ad inferos! utinam illi, quemadmodum litteras, ita in hanc quoque curam incumbere, ut reddere possent Deo doctrinæ, creditorumque talentorum; rationem &c. Sanct. Franc. Xavierus. lib. 1. ep. 5. Societati Romæ.

§. III.

Zelus animarum in periculis tutus, non pervertitur.

Figura, Symbola.

*A*t illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ viventibus foliis in ore suo. Gen. 8. 11. Mirum, quod ramum olivæ, salutis signum, & victoriæ, portet colomba, quæ inter putrida cadavera commorata est. Non perie; potius novæ pacis assert ad cellulam insignia, qui ad hominum utilitatem recessit. Dion. Carth. quandam obscuritatem splendide contemplationis quando incurrunt servi Dei: sed redeuntes ad Dominiū mox recuperare amissa contendunt; & magis, quam antea illuminantur. Efcobar tr. 5. Proph. Chr. l. 4. sect. 1. Obf. 1.

*Cum fugerent filii Israel.* Jos. 10. 11. Solum dirigebantur isti lapides in Chanaanos: & cum Judæi Chanaanis fugientibus propinquarent; lapides plurimos de Chanaanis occidendos, neminem de Judæis tetigerunt. Abulens q. 8. Quia scilicet periculosos pro aliena salute confectus sustinerunt. Naxera in Jos. 10. hic.

*In plateis sicut cinamomum, & balsamum aromaticum, odorem dedit.* Ecl. 24. 20. Justi, & spirituales, quos sapientia coelestis in omnibus actionibus dirigit; in locis maxime suspectis, & in quibus major peccandi occasio; majorem virtutum devotionis, modestiæque suæ, odorem diffundunt; qui eos gratos, & spectabiles facit. Bessens D. 2. Epioph.

*Simile fermentum, quod accipimus mulier abscondit.* Matth. 13. 33. Fermentum in massæ insipientem non tranfit; sed potius massam ad saporis sui trahit emulsiōnem. Justo enim agnatum est, ab iniquis sociis non solum non perverti; sed eos ad sui imitationem allicere. Efcobar tom. 6. Parab. Chr. l. 7. sect. 2. Obf. 5.

Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram; sed ibi sunt, unde mittuntur: sic animus magnus, & facer, & in hoc demissus, converteratur quidem nobiscum; sed hæret origini suæ. Illuc pendet, illuc spectat, ac nititur, nostris tamquam melior interfert. Seneca ep. 41.

Testimonium.

Ex Veteri, &amp; Novo.

*Omne opus tuum non facies in ea.* Ex. 20. 10. Ita legit Tertull. Dicendo enim, de humano opere desinit. Opus autem salutis, & incoluntatis, non est hominis, sed Dei proprium. Tertull. lib. 4. adv. Marcionem c. 12. Pende illas particulas, opus salutis, & incoluntatis: quæ apte opus salutis cum incoluntate copulavit Efcobar 2. 2. Pesi. Chr. lib. 8. sect. 3. Obf. 1.

*Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum erit, Converterentur ipsi ad te; & tu non converteris ad eos.* Jerem. 15. 19. Gregorio, & Chrysostr. autoribus, ministri Evangelicij inter peccatores degentis securitas exprimitur.

*Eccē ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Matth. 10. 16. Qua pietate, Domine, oves tuas ad lupos mittis? Cupio oves meas lupi. Sociari, ut lupos attrahat ad sui emulsiōnem. Non lupi vorabant oves, sed in oves eorum exemplo converterentur. Vident enim Discipulos ab auro, argento, omnibusque abstinere divitijs, quibus avari lupi inhiant, Iudas

*Iudas* Abb. or. 16. præcepit Dominus eis, ut nihil acciperent in via; cum enim nihil luporum haberent, non poterant lupos devorare. Efcobar tom. 6. Par. Chr. l. 7. Obf. 5.

*Ego vado.* Joan. 8. 21. Anselmus ado ipote: & ideo frustra laboranti. Quam aptè Jcsu incoluntatis ostenditur, cum proximorum salutem prædicando vacabat. *Hæc verba,* ait Joannes v. 20. locutus est Jcsus in gazophylacio, docens in templo; & nemo apprehendit eum. Qui docendis proximis vacat, nulli periculo subjacet. Efcobar tom. 5. Proph. Chr. lib. 4. sect. 1. Obf.

*Nunc quærentes vobis Judæi lapidare.* Cant. 4. Christus: si quis ambulaverit in die, non offendit. Joan. 11. 8. 9. Quia timebant & illi, & sibi ipsi magis dicunt: *modo quærent vobis Judæi, & lapidare.* & iterum vadit illuc? At ipse animat illos, & dicit: sicut, qui videt lucem, non offendit: ita & qui bonum facit, & in lucis operibus ambulat, nihil grave experietur. Theophylactus hic.

§. IV.

Zeli animarum varia motiva, &amp; laudes.

Ex Veteri.

*N*e putet te ideo sublimatum, ut solam salvars. Hoc est contra illos, qui non curant, nisi de seipsis. Quibus dicitur in epistola Judæ: *va illis, qui in via Cain abierunt;* qui dixit. Gen. 4. *numquid castus frater mei sum?* Hugo Card. hic.

*Asserte Dominus.* Psalm. 28. 7. Asserte, quos sponte veniens necessitas vetat; aut etas impedit, ut ignorantia retardat, aut tenent vitia, aut delicta remanant. Sanct. Chrysostr. serm. 10.

*Ergo vos, qui ducuntur ad mortem.* Prov. 24. 11. Si charitas jubet, eripi hominem à morte corporali; multò magis à spirituali, & æterna. Hoc maxime dictum sibi putent Religiosi, Sacerdotes, Concionatores &c. & Cassianus coll. 2. cap. 23. hoc nomen applicat tentatis; hi enim à demone ducuntur ad mortem gratiæ; qui proinde leniter tractandi, & animandi. Cornelius hic.

*Fulsit me floribus.* Cant. 2. 5. Dicit hæc sponsa adolescentulis, quæ sub ejus cura erant: hæc eas rogans, ut consentiant ejus pomæ; quibus ipsa recreetur. De Ponte hic Exh. 39. §. 2.

*Surge.* Cant. 2. 10. ad lavandos alios: quia amica est, colomba, formosa. Numquid frustra has gratias tibi concessi? numquid talenta, quæ tibi, ad lavandos alios, dedi, abscondes in terra? si mea amica; cur non de meo lucro sollicita? si mea colomba; cur non mihi fecunda? si mea formosa; cur non progredieris foras; ut videant opera tua bona, glorificent &c. Idem hic Ex. 15. §. 1.

*Veni de capite.* Cant. 4. 8. q. d. pugnas contra has feras Dei Verbi gladio, & vines eas: & hos omnes montes, eorumque incolæ, ac universas gentes, subjecis mihi de illis triumphabis, & coronaberis. *Corona sanctorum filii gloriam.* Prov. 17. 6. quoniam ii, qui convertuntur ad fidem, & gratiam; corona sunt eorum; qui eos converterunt. 1. Thes. sal. 2. 19. quæ spes nostræ, aut gloriæ, aut gaudium; aut coronæ? *namque nos? Gaudium meum, & corona mea.* Philip. 4. 1. Idem hic Ex. 11. §. 4.

*Quam miram.* Cant. 4. 6. 8. Tò vobis stimulus est Isaiæ, & Apostolis; ut magno animo missiones Dei suscipiant, cogitantes, se in hac re Seraphinorum esse socios, atque se ire ad opus divinum; non ex se, sed à Deo vocatos, & electos. Cornelius hic.

Ex Novo.

*Beati, qui esuriant, & stiant justitiam.* Matth. 5. 6. id est, tam ardenti affectu appetunt in omnibus justitiam observare, ut Deus honoretur in omnibus: sicut famelicus appetit cibum, & potum corporalem. Itaque esurire & stiant justitiam, quæ est virtus generalis, de qua nunc sermo, est, vehementer optare, ut omnes Deo obediant; & tam ipse, quam alii, in bona vita proficiant. Dionys. Carth. hic.

*Sicut credidisti, fiat tibi.* Matth. 8. 13. Felix, per quem etiam in alienam salutem exundant merita propria. Euleb. Gallic. hom. de Quadrag.

*Sedebitis & vos judicantes.* Cant. 19. 28. Quomodo sedebunt judicantes? cum omnis reus etiam verbi otiosi iudicandus sit; Petrus negavit, filii Zebedæi ambierunt primas cathedras, facta inter eos contentio, quis eorum videretur esse major, relicto eo omnes fugerunt? Apostolico munere, & Zelo, omnia peccata ita evacuata, acsi nunquam extitissent. Tam præclarum est munus prædicare; & convertere. Sylveira Addit. hæc.

*Nè forte non sufficit vobis, & vobis; ite petitis ad vendem.*

*vei, & emitte vobis.* Matth. 25. 9. Feliciores, & gloriosiores forent, si se meritis exundarent, ut sibi, & alijs, sufficere, imò abundare possent. B. Cæsarius Arel. hom. 18. Taliter vos exhibere debetis Fratres; tam sancti; & tam justi, tam pietæ; ut merita vestra non solum vobis sufficere, sed etiam peccantibus alijs in hoc saculo possint veniam impetrare. Bæza t. 2. l. 2. c. 3. §. 14.

*Abscondit talentum suum in terra.* Matth. 25. 26. Talentum illud, quod acceperat, & dediderat, servus ille, reddidit integrum: attamen dat pœnas; & quod non auferat lucrū. Ita tu quidem, etiam ipse purus, & innocens, perfereres, cœterum non augeas talentum, non fratrem peccentem revoces ad salutem; eadem, quæ ille patitur, patieris. Quid magni postulo? unumquisque vestrum unum mihi fratrem ad salutem revocet. Sanct. Chrysostr. orat. adv. Judæos.

*Quæ in altum.* Luc. 7. 4. id est, in profundum ut etiam de profundo peccatorum, homines eruantur. O si ego rudi pifactor unicum piscem Domino meo Jcsu capere possem! S. Bonav. f. 1. D. 3. Epioph.

*Invenit hic promissum fratrem suum.* Joann. 1. 47. Legitimi Christiani signum est, quod alios Christo acquirit. Ecce Andreas, cum primū Christum novit, nil prius curat, quam Christo fratrem acquirere. Hoc unum gemit Christifanus, si solus sit: tunc lætus, si plures habet fratres Christianos, si solus sit: tunc lætus, si alium percurans; inde cœterum oves Christi, si steriles non sit inter eos. Cant. 4. 2. inde inter Christianos agnos legitime numerabaris, si gemellus fueris, si non singularis. Bæza tom. 2. lib. 6. cap. 2. §. 24.

*Ego sum lux Mundi.* Joan. 8. 12. Christianus, qui calorem sine luce habet. Christi Discipuli debent modò ipsi proficere, & rem suam agere; sed curare quoque, ut & alij meliores evadant. S. Chrysostr. hom. 79. ad pop. five jejuniū maneat, five dormias humi, five favillam comedas five luceas continuò; & nulli profis alteri; nihil magnum efficias. Did. Nyss. Sabb. D. 4. Quadr. §. 5.

*Place oves meas.* Joan. 21. 17. Illi quidem (Christo) licebat verbis hujusmodi Petrum affari: si me amas Petre, jejunia exerce, super nudam humum domi, vigila continenter: Nunc verò, prætermisisti omnibus his, quidnam ille ait? *place oves meas.* Nam, quæ modò à me dicta sunt, ea complures etiam ex subditis præstare facile possunt; non viri solum, sed etiam femine. At verò de Ecclesiæ præfectura, de credenda huic, vel illi, tam multarum animarum cura agitur: Univerfa quidem muliebris natura functionis istius molli, ac magnitudini, cedat, oportet, itemque; & bona virorum pars. S. Chrysostr. l. 2. de Sacerdotio.

*Alijs autem miseremini.* Ep. Judæ verif. 23. Docet S. Judas, quam animarum salutem incumbere debemus. Docet præterea; hunc animarum zelum debere esse celerem, & efficacem: cum ait: *de igne rapientes.* Sicut enim, si quem purum, vel amentem, in ignem ruere videremus; illico etiam pro viribus, etiam nolentem, & resistentem, inde rapieremus; sic animas, pro peccatum sponte ruentes in ignem gehennæ, omni conatu, & celeritate, etiam per vim, inde rapere debemus. Porro omne peccatum, omnis cupiditas, est ignis; sed maxime libido. Est ignis, quia gehennæ vicina; nil enim inter libidiniosum, & illam, interjacet; nisi paries fragilis corporis; quo disjecto illico ultricibus flammis addicitur. Cornelius hic.

Ex Patribus, &amp; alijs.

Omnis bonus operarius manus Christi est. S. Ambr. or. fun. de obitu Valentini Imp.

Vos autem genus electum (operarios Domini alloquitur) infirma Mundi; qui dimisistis omnia, ut sequeremini Dominum; ite post eum, & confundite fortia: ite post eum speciosi pedes, & lucete in firmamento; ut cœli enarret gloria ejus. Ubique discurrete ignes Sancti, ignes decori: vos enim estis lumen Mundi; nec estis vos modio. Exaltatus est, cui adhæsit; & exaltavit vos. Discurrete, & innoxescent omnia gentibus. Sanct. August. Conf. lib. 13. cap. 19.

Saluti nostræ salutem proximorum adiacimus; præsertim cum, qui sua contentus, negligit alienam, nec suam quidem consequi potest. S. Chrysostr. hom. 60. in Matth. 18. Vide hic pulchra fufus.

Non mihi persuasi, saluum fieri quemquam posse, qui pro proximi salute nihil laboris impendit: cum neque miserum illum quicquam juverit; talentum sibi traditum non immisisset: immo hoc ille nomine perit, & quod illud non auxisset, duplicassetque. S. Chrysostr. l. 6. de Sacerdotio c. 10.

Homo est toto Mundo pretiosior: hujus enim causa, & cœlum, & terra, & mare condita, & sol, & stellæ. Perpende igitur, quanta sit dignitas ejus, cujus saluti consulitur; & ne contempseris illius curam. Nam etiam pecunie vim im-

meniam dinumeraverit aliquis; nihil simile praestiterit ei, quod praestat is, qui servat animam, & abduens ab errore ad pietatem manu reducit. Idem of. 3. adv. Judasos.

Annuntiate peccatori opus ejus, ne ille in peccato suo moriatur: sanguinem vero ejus de manu vestra requirit, qui suo eum redimit sanguine pretioso. En, de caelo clamat: virgo Israel corruit, & non est, qui sublevet eam. Quousque in luto aurum jacet! tollite margaritam! levate splendidissimam, atque preciosissimam gemmam de sterquilino. Levate eam, antequam porcorum, id est, spurcorum spirituum pedibus conculcetur. S. Bernardus ep. 203.

Si magna mercedis est, a morte eripere carnem quandoque morituram; quanti est meriti, a morte animam liberare, caelesti patria sine fine victuram. V. Beda in Jacobi c. 5.

Nullum opus, nullaque commendabilis exercitii disciplina, saluti proximorum antependenda est. Sanct. Laur. Just. Fa. fic. am. c. 2.

Satis me vixisse arbitrator, & officium hominis implere; si labor meus aliquos homines, ab erroribus liberatos ad iter caeleste direxerit. Laetantius lib. de officio Dei.

Eft quibus planè non modicus, ubi lucrum, non pecunia, sed acquiritur animarum. S. Maximus hom. in II.

Procurator est quodammodo salutis humanae, qui non tantum id agit, ut bonus sit; sed efficere hoc nititur, ut alii mali esse desistant. Salvianus de provid. Dei l. 7.

Jesus salutaris, vel salvator, interpretatur; & significat unumquemque, qui suam, & aliorum, salutem quaerit, & operatur. Hugo Card. in Luc. 7.

Nescio, si potest homo aliquid a Deo in hac vita majus accipere; ignoro, an possit hac gratia interim majorem aliquam Deum homini conferre; quam ut ejus ministerio perverfi homines in melius mutentur; ut de filiis diaboli filii Dei efficiantur, &c. Richardus a S. Vict. lib. Benjamin c. 44.

Quod scribam praeterea nihil habeo; nisi, tantam esse vim & copiam gaudiorum, quae Deus suis hujusce vineae operari solent, in hac barbarie excolenda, sedulo laborantibus elargiri solent; ut, si quae vera est, ac solida, in hac vita jucunditas; haec una mihi esse videatur. S. Franciscus Xaverius ep. 5, societati Romae Cocino l. 1.

S. V.

Zeli animarum proprietates, & actus.

Occurrit prius magis egenis.

Circumibat Jesus totam Galilaeam, docens in synagogis eorum. Math. 23. Perambulavit oppida, & vicus: quia in his parvis locis major necessitas caelestis doctrinae, quam in civitatibus; ubi sunt multi Doctores. Sylveira hic.

Simon habeo tibi aliquid dicere. Eccl. Luc. 7. 40. Cur Christus prius loquitur Pharisaeo, quam Magdalenae? S. Chrysol. l. 9. 4. Christus illic primum curam vertit, ubi ignota saeviebat infirmitas: ut caelestis medicus uno medicamine duos curaret aegrotos.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Jo. 13. 6. Origenes, Chrysol. & Euthym. ajunt, primum Judae lotos pedes. Causam adhibet Orig. ut medicina, ubi magis morbus urgebat, citius adhiberetur. Efcobar t. 3. Colloq. Chr. l. 3. sect. 2. S. 3.

Nullus locus ei vilis.

Vox dilecti mei pulsantis; aperi mihi foror mea, amica mea. Cant. 5. 2. Strabus: Sto ad ostium, id est, in spiri. Antelmuus: isto ad ostium, id est, cor clausum, vel induratum. Quid tibi. Fili Dei, cum peccatorum habitaculo? Et rogas, & cupis, ut aperiant? in platea Dominus? noctu caelestis vagatur sponsus? S. Aug. Conf. l. 4. c. 11. noli esse vana anima mea, & obsurdescere. Verbum ipsum clamat; & ibi est locus quietis imperturbabilis. Ibi est locus quietis? ibi: ubi clamat, ubi pulsatis: in platea, in foro, tam decenter commoratur; ac in caelesti throno resideret. Efcobar t. 6. Par. Chr. l. 9. sect. 4. obl. 6.

Vidit alios stantes in foro otiosos. Math. 20. 3. Tanta est Domini pietas, ad peccatores adducendos; ut, postquam eos in locis abditis non invenit, vel ad forum, sibi invisum, eos quaesituros egre diatur. Orig. forum est, quod extra vineam, aut Christi domum, est, si an forum auctoritati Domini indignum, ubi rustici commorantur? Nullus locus Sacerdotalis auctoritate indignus, si inibi animarum salus reperitur. Efcobar t. 6. Par. Chr. l. 9. sect. 4. obl. 6.

S. VI.

Zelus animarum sit universalis; non loco, non personis affixus.

Christi Domini.

Domini magnus Dominus. Pf. 94. 3. Cui tam magnus? quia in manu ejus sunt omnes fines terra. Ego flor campi. Cant. 2. 1. quia per totius orbis latitudinem odoris mei gratiam innotescere cupio. V. Beda hic.

Ego veniam, & curabo eum. Math. 8. 7. Redemptor noster, ut ostenderet; quia, quae alta sunt hominum, despicienda sunt; & quae despecta sunt hominum despicienda non sunt: ad filium Reguli ire noluit. Joan. 4. ad servum Centurionis ire paratus fuit. S. Gregor. hom. 28. in Evang.

Intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagoga. Luc. 4. 16. Dominus non venerat, ut prodesset uni; sed ut prodesset multitudini: idcirco in Sabbato conseruerat intrare in Synagoga, & predicare: quia tunc omnes ibi conveniebant. Hugo Card. hic.

Et quid volo, nisi ut accendantur? Luc. 11. 49. Pro, & quid volo, si jam accensus est? significatur per hoc: quod ex quo coeperat accendi igni amoris spiritualis in Discipulis, desiderabat, ut extenderetur ad universum Mundum. Cajetanus hic.

Aliorum.

Egressus est Joseph ad terram Aegypti, & circumivit omnes regiones Aegypti. Genes. 41. 46. Regius Vicarius, assumpta Aegypti procuracione, obibat ejus regionis praefecturas, & oppida; omnibus novum Magistratum officioso, & hilariter excipientibus: quos tunc beneficiis, tum comitate, sibi devincebat; & elucente in ipso vultu hominis eximia subdidi gratia. Philo. l. de Joseph.

Domini miste me in Bethel. 4. Reg. 2. 2. Air Elias ad Elisum per turbinem ascensus; quassdam urbes prius, & loca vistravit. Qua diligenter perlustrata rursus ait Elifixo: Dominus miste me in Jericho. v. 4.

Qua etiam illustrata rursus ei ait: Domine miste me usque ad Jordanem. v. 6. ubi erant aliqua tuguria, & exiguae domus, quibus omnibus locis peragratis, igneo curru in sublime vehitur. v. 11. Quid habent tales visitaciones cum migratione? quia maxime preparat ad ascensum in caelum; non solum amplas urbes, sed etiam parva loca invisere. Sylveira in Joan. 16.

Inde contemplantur eam. Et ubicumque cadaver, statim ad est. Job 39. 29. 30. E cella desilius, & promptius, & feliciter, ad cadavera. Si non habitemus in silice, non ad cadavera; sed ad florulentos, & epulantes descendemus. Ad cadavera advolandum, id est, peccator requirendus. Secundo: non satis est, quod impigre ad impios, vel nostris indignos, properemus; sed ubicumque hi jacuerint, & nostram implorant opem; accurrendum. Oliva l. 4. Strom. §. In arduis ponet nidum suum.

Si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam. Mat. 10. 13. Quis in ea dignus sit: non quis in ea dives sit; non quis habens bonum hospitium: sed quis dignus regno caelorum. Cajetanus hic.

Nemo lucernam accendit. Eccl. Luc. 8. 16. Ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Mat. 5. 15. Videris, an omnibus luceas? qui ad juvandos divites aliger es, compeditus, & plumbeus ad pauperes. Lucerna es, ut omnibus luceas. Idem lib. 13. Strom. hic.

S. VII.

Zelus animarum quas virtutes requirat.

Num. I.

Spernat terrena, non querat sua, &c.

Oblivioni datus sum, tanquam mortuus a corde. Pf. 90. 13. Id est, a propria voluntate. Bona oblivio, si te ipsum neccias, ut proximo profis. S. Bernardus ep. 42.

Seguere me. Mat. 9. 9. Non dixit, affer ad me: quia Matthaeum, non Matthaei, sacculos requirebar. Sanct. Chrysolog. ser. 28.

Gratis accepistis, gratis date. Mat. 10. 8. Quare non vendis o sol lucem tuam? gratis accepi, gratis communico. Quare non vendis Rhene aquam tuam? gratis accepi, gratis fundo. Solutus miser homo vendit gratiam sibi collatam. S. Bonaventura f. 2. hexam.

Intrauit domum Simonis. Eccl. Luc. 4. 38. Videtis, quae res ad domum Petri intraverit Christum? utique non discubendi voluptas, sed jacens infirmitas; non prandendi necessitas, sed

S. VIII.

Prius tibi intende, Zelum exerce sine tuo danno.

Ex Veteri.

Reversus est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala. Jos. 10. 43. Suppetias fert Gabonitis, in hostes irruit, diem producit, sed integro numero ad castra reversus. Vita quidem, ob charitatem periculum exponenda; sed virtus minuenda numquam. S. Gregor. in 1. Reg. 10. Redemptor noster sic vult nos quaerere salutem alienam, ut nos negligamus nostram: vult, ut vocentur peccatores ad penitentiam; sed non vult, ut preant hi, qui ipsos peccatores vocant. Vult, ut conversus peccator justitiam, quam non habuit, habeat; sed non vult, ut iustus eam, quam habet justitiae palmam perdat. Naxera hic §. 51.

Afferre Domino filii Dei, afferre Domino filios arietum. Pfal. 28. 1. Prius sis filius Dei, quam ea offeras, quae grata sunt, Deo. S. Basilus hic.

Surge - amica mea, formosa mea. Cant. 2. 10. Non vocatur, quae vitius est denigrata, vel adhuc parum firma; sed quae jam est amica Dei per gratiam; quae novit voluntatem ejus facere per exactam obedientiam; cuicque divina secreta commissa sunt per intimam contemplationem. Debet esse columba per simplicem intentionem; manuceus sine felle; pro peccatis suis, & alienis gemere: formosa exemplo. De Ponte hic Ex. l. 2.

Ex Novo.

Quid molesti estis huic mulieri? Mat. 26. 10. Nonnumquam ego, cum sederem ad pedes Jesu merens, & offerens sacrificium spiritus, contribulati in recordatione peccatorum meorum; aut caere ad caput, si quando, vel raro, flarem, & exultarem in recordatione beneficiorum ejus; audivi dicentes: ut quid perdisis hoc? Cautantes videlicet, quod soli vivere mihi; qui (ut putabant) multis prodesse possem. Et dicebant: potius enim venundari multo, & dari pauperibus. Sed non bonum mercatum mihi est, etiam si universum Mundum lucrer, me ipsum perdere, & detrimentum mei facere. S. Bernardus l. 12. in Cant.

Cum accepisset lineam, praecinxit se. Joan. 13. 4. Pracingit se lineae Dominus, & Salvator, ad nitiditatem sui, & in absterione abluendorum; ut sic alios lavet, aut tergat; ne se ipsum commaculet. Vigilent, qui praesunt; ut taliter alios adjuvent, ne seipsum periculum peccatorum exponant; ne, dum alios abluunt, aut tergant, ipsi turpentur. Nos virtute praeciungi debere praemonstrant, antequam ad proximorum obsequia procedamus: ne, dum servimus in necessitatibus proximorum, in magis debitis displicemus Deo: & dum alienis intendimus perficienda salutem, propriam nos ipsi perdamus: & ne incidamus in illam maculam, quam in aliis affectamus abstergere. Sim. cass. l. 13. 5.

Ut aris, & fructum afferatis. Joan. 15. 16. Non ait, & fructum mittatis, sed afferatis. Qui aliquid mittit, non ipse venit cum eo, quod mittit. Vult Deus alios ad se adduci, & nos simul cum illis veniamus. Affer ut comedamus. Genes. 27. 4. Afferite filios arietum. Pf. 28. 1. Ita notat Hugo Card. apud Pinnam in Eccl. Ethol. 155.

Miseremini in timore. Judae 23. Docet sanctus Judas, charitatem debere esse prudentem, & circumspertam; ne dum alios vis salutare, te ipsum perdas. Sicut debiles, qui manum natantibus jam submergendis porrigunt, ut eos extrahant, ab illis, utpote validioribus, in undas protrahuntur, & merguntur. Cornelius hic.

Ex Patribus, & aliis.

Parum proficit tibi, quamquam alteri intendat, qui erga se minus sollicitus est. O quam multos in gremio tuo nutrit Ecclesia, qui addo aliis vacant, ut de te vix cogitent. S. Laur. Just. tr. de compunct.

Fervor tuus agit in te prius, & postea remotiora, calefacit regula ingenii tui, & zelus justitiae tuae, primum format te in exemplar artis tuae aliis imitandum. S. Bonavent. de inform. spir. vitae c. 17.

Acquirere animas exemplo, & doctrina, omnium Regi Christo, magni est meriti, sed non professionis omnium: acquirere seipsum, tota est, & omnium, Christiana professio. Sim. Cass. l. 4. c. 2.

sed salutis occasio; divinae virtutis opus, non humani pompa convivi. Christus, non epulas exceptorus, sed vitam redditoris intravit. Deus quaerit homines, non humana: coelestia dare cupit; non concupiscit invenire terrena. S. Chrysol. l. 18.

Et ipse reversus est ab eis. Eccl. Luc. 22. 41. Oraturus vel ab ipsis Discipulis avellitur. Vix aliquid praestare possumus, si non ab omnibus avellatur. Contra quid non magnum a nobis praestabitur, si nulli creatur hereamus. Magna geremus licet mimimi; si tamen a rebus omnibus sejungamur. Lapis prope Babylonem. Dan. 2. 34. devolutus est monte, parvus erat; sed vix excisus est rupe, sceleris grandem molem evertit. Ideo Paulus sepegratus fertur in Evangelium. Rom. 1. 1. nec enim propagando Christi nomini aptus is est, qui ab omnibus etiam amicis separatus non est. Abraham facturus est magna; sed postquam abiit est patria, & cognatis. Gen. 12. 1. Oliva l. 13. Strom. Luc. 22.

Habebat in dextera sua septem stellas. & de ore ejus gladius. Apoc. 1. 16. Septem stellas, septem Ecclesiae Africae Joannis curae commisit. Joannes, vis ad tua verba tremere Africae omnes obsecrant: ut nil aliud amare, manibus tractare, quam eorum commoda, Stella in manu gladius in ore generant, & verba in hostilia mutant: tum Praelatus omnis obsequatur? si se, suaque non cupiant. Oliva l. 1. conc. 20.

Non pure valet Dei, & proximi; quaerere lucra, qui propria non contempserit. S. Bernardus ep. 42.

Num. II.

Humilitas.

Apparuit ei Dominus in flamma ignis. Ex. 3. 2. Cur in igne Dominus? Educturus ex Aegypto filios Israel, Moysen ablegabat: ideoque ex igne cum docere voluit, qualis esse debebat populum, & animarum liberator. Ignis enim, cum elementorum primas sit, & in caelo regni sui sedem habeat; ut Deo tamen obsequatur; non recusat infra omnes esse, & Inferno concludi ad impiorum poenam, sicutis ex supremo potestatem. Quique in caelo blanditur, non urit; in gehenna nocentes inhumanissime torque. Qui animarum curae destinatur, licet excelsa teneat, infima non declinet. Et licet mitissimus sit, cum stellis circumdatur; furere debet, & fervire, quando perducellibus immiscetur. Oliva lib. 9. Strom. §. apparuitque Dominus, &c.

Uque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Mat. 2. 9. Licet caelestem fuerit originem nactus, non designatur demittit ad stabulum usque; ut hominibus praebat ducatum. Baeza tom. 1. l. 1. c. 8. §. 7.

Tand humiliss impendat quisque proximo omne bonum, quod potest; quanto certissime novit, quod a semetipso non potest habere, quod impendat. V. Beda in 1. Petri 3.

Num. III.

Pura intentio, & alia requisita.

Ego ecco mitto vos sicut oves in medio luporum. Mat. 10. 16. Qui vult esse verus servus Christi, & Apostolus: cogitet, se mitti quasi ovem inter lupos: ac proinde fit prodigus vitae, aestimet le perditum; sit resolutus ad labores, crucis, mortem pro Christo. Dux Albanus, Capiteanus Generalis exercitus Caroli V. habebat quadringentos juvenes animosos, & resolutos; quos vocabat prodigos vitae & perditos, Magdab. Hos in consueti immittebat seorsim in latos hostium fortius: illi: ut audacissimi, pugnacissimi, & certi mori, turbabant ordines hostium; colque rumpendo ordinare pariebant victoriam. Corn. hic.

Diligite me plus his? Joann. 21. 15. Ecce, quod potius diligentibus committitur cura animarum: etenim in illa virtute amoris plus, quam sapientia operatur. Quoniam qui Christum in veritate non diligit, nec per sapientiam bene gubernet Dominicum gregem. Sim. Cass. l. 24. hic.

Amas me? pasce oves meas. Joann. 21. 15. Quid est aliud, quam si diceretur: si me diligis, non te pascere cogita, sed oves meas: sicut meas pasce, non sicut tuas; gloriam meam in eis quaere, non tuam; dominium meum, non tuum; lucra mea, non tua. S. August. tr. 123. hic.

Necesae est, cum, qui vult etiam alios prodesse, multa pati, & cuncta ferre patienter; sicut de Paulo dictum est: ego ostendam ei, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Orig. hom. 17. in Num.

TITULUS ULTIMUS.

ZELUS HONORIS DIVINI.

Rat cor eius pavens pro arca Dei. 1. Reg. 4. 13. Heli cœtera malus, in hoc bonus: audiens arcam captam, cecidit. Non doluit, acceptam cladem, fugam militum libertatem perditam; excidium principatus, liberorum mortem. Erat enim Ec. O elogium! Hic est spiritus Sacerdotii, nihil aliud, præter Sanctuarium, cogitare &c. Oliva tono 1. conc. 2.

Quoniam irriserunt te Domine. Psalm. 5. 11. Non curo, inquit, res mea; sed propter ea, quæ tua sunt, angor, &c.


in animo crucior. S. Basilus hic! Est hoc Sanctorum, ut res quidem suas negligant; pro his vero, quæ Dei sunt, decerent. Pinna Eth. 116.

Statuerunt dividere, & confingere fortiter; ut virtus de negotiis judicaret. Erat enim pro uxoris, & filii, itemque pro fratribus; & cognatis; minor sollicitudo: maximas vero, & primas, pro sanctitate, timor erat templi. 2. Machab. 15. 18.

Et cum secisset quasi flagellum Ec. Joan. 2. 16. Cur per seipsum eiecit vendentes: quia talis ejectione pertinebat ad Dei cultum: quia quæ ad Dei honorem spectant, licet vilia appareant, ea obire ne vercanur. Sylveira hic q. 10.

Canes latrant pro dominis; & tu non vis latrare pro Christo? mori possum; & tacere non possum. Sanct. Hieron. lib. 3.

O. A. M. D. G.



TEX



TEXTUS SACRI EX UTROQUE TESTAMENTO.

Qui in hoc secundo Tomo citantur, & explicantur, servato ordine Librorum, Capitum, & Versuum.

Liber Genesis.

Capit. 1.

In principio creavit Deus cœlum, & terram. P. t. 25. §. 1. S. t. 14. §. 1. Terra erat inanis, & vacua. T. t. 8. §. 3. Spiritu Dei ferebatur super aquas. P. t. 34. §. 2. S. t. 36. §. 1. §. 3. §. 4. §. 9. §. 10. T. t. 8. §. 3. Dixit Deus: fiat lux, & facta est lux. V. t. 15. §. 4. §. 10. Factum est vespere, & mane, dies unus. M. t. 23. §. 3. P. tit. 18. §. 6. Fiat firmamentum in medio aquarum. S. tit. 33. §. 11. T. t. 8. §. 2. Fecit Deus firmamentum, divisitque aquas &c. S. t. 28. §. 1. Fiant luminaria in firmamento cœli; & dividant diem ac noctem. P. t. 36. §. 1. Fecit Deus duo luminaria magna. O. t. 6. §. 2. Luminare majus, ut præfletur diei; & luminare minus, ut præfletur nocti. P. t. 17. §. 1. Creavit Deus cete grandia &c. S. t. 26. §. 4. S. t. 41. §. 18. Benedixitque eis, dicens; crescite, & multiplicamini. T. tit. 8. §. 4. Producat terram animam viventem in genere suo; jumenta, & reptilia, & bestias terræ. S. t. 41. §. 1. T. t. 8. §. 2. Fasciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. M. t. 25. §. 1. n. 2. S. t. 43. §. 18. Creavit Deus hominem ad imaginem suam. P. t. 18. §. 4. Viditque Deus cuncta, quæ fecerat; & erant valde bona. P. t. 25. §. 3.

Capit. 2.

Perfecti sunt cœli, & terra. P. t. 5. §. 1. Complevit Deus die septimo opus suum, quod fecerat. M. t. 22. §. 1. n. 4. M. t. 25. §. 1. Requievit die septimo ab universo opere, quod petrarat. P. t. 5. §. 1. P. t. 9. §. 18. Q. t. 3. §. 1. Benedixit diei septimo. P. t. 11. §. 10. R. t. 2. §. 1. In die, quo fecit Dominus cœlum, & terram. S. t. 22. §. 7. Inspiravit in faciem ejus spiraculum vite. S. t. 16. §. 1. Lignum scientiæ boni, & mali. V. t. 18. §. 1. Nomen ubi Phison. M. t. 18. §. 6. Posuit eum in paradiso voluptatis; ut operaretur, & custodiret illum. O. t. 10. §. 2. Ex omni ligno paradisi comede &c. O. t. 1. §. 3. §. 10. In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. T. t. 10. §. 5. Non est bonum, hominem esse solum. M. t. 19. §. 14. Immisit Dominus Deus soporem in Adam. M. t. 11. §. 5. M. t. 22. §. 19. M. t. 23. §. 1. P. t. 29. §. 8. V. t. 16. §. 9. Omne, quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen ejus. N. t. 3. §. 6. Adduxit ea ad Adam. M. t. 11. §. 5.

Capit. 3.

Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi. S. t. 24. §. 2. Cui respondit mulier: de fructu lignorum &c. O. t. 4. §. 5. Præcepit ne tangeremus illud; ne forte moriamur. O. t. 4. §. 3. O. t. 10. §. 3. Nequaquam morte moriemini. M. t. 14. §. 1. Aperientur oculi vestri. O. t. 1. §. 18. Eritis sicut dii. O. t. 1. §. 17.

Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & tulit de fructu illius &c. O. t. 8. §. 1. Cum cognovissent, se esse nudos; consuerunt sibi folia ficus &c. O. t. 1. §. 22. Cum audissent vocem Domini Dei ambulantis in paradiso. P. t. 13. §. 15. Ad auram post meridiem. P. t. 13. §. 13. Abcondit se Adam, & uxor ejus a facie Domini in medio ligni paradisi. P. t. 13. §. 2. Adam ubi es. M. t. 4. §. 3. M. t. 19. §. 6. P. t. 13. §. 1. n. 3. §. 9. Vocem tuam in paradiso audivi, & timui; ed quod nudus essem. P. t. 13. §. 12. Serpens decepit me. P. t. 13. §. 10. Maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ. S. t. 11. §. 4. Super pectus tuum gradieris. O. t. 2. §. 3. V. t. 19. §. 1. Terram comedes. P. t. 13. §. 11. Inimicitias ponam inter te, & mulierem. S. t. 41. §. 4. Ipsa conteret caput tuum. T. t. 5. §. 6. Multiplicabo arumnas tuas. M. t. 11. §. 3. In dolore paries. P. t. 22. §. 3. §. 15. Pulvis es, & in pulverem reverteris. P. t. 13. §. 16. Fecit Dominus Deus Adæ, & uxori ejus, tunicas pelliceas, & induit eos. M. t. 25. §. 14. P. t. 35. §. 6. Ejecitque Adam: & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium &c. P. t. 15. §. 23. T. tit. 11. §. 3.

Capit. 4.

Adam cognovit uxorem suam. V. t. 14. §. 2. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus: S. t. 3. §. 3. Ad Cain vero, & ad munera illius non respexit. M. tit. 24. §. 2. Iratus est Cain Vehementer. P. t. 19. §. 3. Egrediamur foras. O. t. 4. §. 2. Confurrexit Cain adversus fratrem suum. P. t. 15. §. 24. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. O. t. 8. §. 1. S. t. 11. §. 2. Maledictus eris super terram. P. t. 14. §. 10. Omnis, qui invenerit me, occidet me. T. t. 10. §. 2. Egredius Cain a facie Domini. P. t. 15. §. 5. Edificavit civitatem. P. t. 13. §. 12. Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. P. t. 15. §. 24.

Capit. 5.

Factum est omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta; & mortuus est. M. t. 22. §. 3. Vixit Seth centum quinque annis, & genuit Enos. V. tit. 16. §. 6. Non apparuit; quia tulit eum Deus. M. t. 22. §. 14. Iste consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum. P. t. 13. §. 7.

Capit. 6.

Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchræ &c. P. t. 13. §. 16. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. M. t. 19. §. 13. n. 2. Gigantes erant super terram. S. t. 41. §. 3. Noe vir justus &c. S. t. 26. §. 3. Corrupta est terra coram Deo, & repleta est iniquitate. M. t. 13. §. 1. N. t. 3. §. 6. P. t. 14. §. 5. Omnis caro corruerat viam suam super terram. M. tit. 21. §. 2.

Fac